7) *Aus* Nr. 1867 *ergibt sich nicht, ob der dort genannte Ablaß mit dem hier aufgeführten oder mit dem oben in Z. 3 erwähnten identisch ist.*

8) *NvK weilte demnach in ziemlicher Nähe. Man könnte an Lüttich denken, wo er sich vom 13. bis zum 19. Oktober aufhielt.*

9) *S.o.* Nr. 1847 *Z. 3.*

## *zu ⟨1451 Ende Oktober / Anfang November⟩.*[1] — Nr. 1949

*Eintragung in der Jahres-*Rechenschafft *1451–1452*[2]) *des Koblenzer Deutschordens-Komturs* Claeß von Gilstorff *über Kosten auf einer Reise zu NvK nach Trier.*

*Or.:* Berlin, *Geh. StA, PK, XX. HA StA Königsberg, OBA 11646 f. 40v.*
*Teildruck: Maschke, Nikolaus von Kues 48 Anm. 111 (Neudr. 135).*

Item als ich deme cardinale na gereden was zo Triere ind dar vier dage gelegen, mit des cardinails deneren eyn deils vertzert, want wir in eynre herbergen waren, ind wider her abe bis zo Collen: xiiii ½ gulden.

---

1) *Das Datum ergibt sich aus dem Trierer Aufenthalt des NvK.*

2) *Vgl. dazu oben* Nr. 1896 *Anm. 2.*

## *1451 November 1.*[1] — Nr. 1950

*NvK an alle in Holland weilenden kirchlichen und weltlichen Personen. Nachdem der Termin für den in Mechelen zu gewinnenden Ablaß verstrichen sei, verleihe er nunmehr für die Zeit von Allerheiligen 1451 bis Mariä Lichtmeß 1452 einschließlich den Jubiläumsablaß für alle in Holland Weilenden und setzt Gerhard von Randen, Propst von Oldenzaal und Generalvikar B. Rudolfs von Utrecht, sowie* Wilhelmus *(Obrecht), Prior des Klosters der Regulierten Chorherren zu Sion bei Delft, zu seinen Bevollmächtigten ein, welche in den holländischen Hauptorten Leiden, Haarlem, Amsterdam, Delft und Dordrecht wie auch anderswo die zur Erlangung des Ablasses aufzusuchenden Kirchen und geeignete Beichtväter benennen und sich der Einsammlung und späteren Abführung der Ablaßgelder annehmen sollen.*

*Kop. (1451 XII 24):* Haarlem, *Gemeentearchief, Oud-archief Kerkvoogdij Ned. Herv. Gemeente, G 449 (in* Nr. 2114 *von 1451 XII 24).*
*Druck: Jongkees, Jubileum-aflaat 87f.*
*Erw.: Jongkees, Staat en kerk 161; Jongkees, Jubileum-aflaat 77–80; Koch, Umwelt 138.*

Considerantes zelum devocionis vestre ad ea, que christiane religionis existunt, atque eciam ad apostolicam sedem devotam obedienciam, quam omni possibili reverencia in nostra persona, dum nuper per vos transitum fecimus, ostendistis, iudicavimus omne id per nos agendum esse, quod ad vestrarum animarum salutem quamlibet cedere possit. Et quia nunc tempus indulgenciarum in Mechelinia diocesis Cameracensis expiravit[2]) et plerique ex vobis illum locum accedere nequiverunt, hinc, ne aliqua persona Hollandie expers illarum indulgenciarum remaneat, que se earum capacem facere voluerit secundum continenciam cedule intercluse[3]), nos ipsas plenarias remissiones omnibus et singulis per Hollandiam ubilibet constitutis personis presentium tenore a die Omnium sanctorum usque ad festum Purificacionis beate Marie proxime futurum inclusive auctoritate dei ac sanctorum Petri et Pauli apostolorum atque sanctissimi domini nostri pape secundum cedulam indulgenciarum interclusam[4]) indulgemus assequendas, necnon venerabilibus in Christo nobis dilectis Gerardo de Randen preposito Aldenzalensi, reverendi patris domini Rodolphi episcopi Traiectensis in spiritualibus vicario generali, et religioso viro Wilhelmo priori Montis Syon ordinis canonicorum regularium prope Delft per hec scripta committimus, ut ipsi per se et alios, quos ad hoc aptos iudicaverint, huius nostre concessionis plenarie remissionis per principalia loca Hollandie publicacionem faciant atque in Leydis, Haerlem, Aemsterdam, Delft et Dordraco ac, ubi alias eis videbitur, ecclesias et loca



Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.

visitanda necnon eciam ydoneos confessores deputent, quibus, ut ab omnibus peccatis, eciam apostolice sedi reservatis, per menses novembrem, decembrem et ianuarium usque ad dictum diem Purificacionis inclusive omnes ex Hollandia eis confitentes absolvere possint, damus facultatem, symoniacis in beneficio et aliis, qui ordines sacros per pactum sive contractum receperunt, cum eciam presbyteros aut in sacris constitutos occiderunt aut mutilarunt, exceptis, symoniacos ipsos ad confessorem in Traiecto ad hoc deputatum, alios vere ad Romanam curiam remittendo.

Damus eciam ipsi vicario et priori facultatem trunccos seu cistas in iam nominatis opidis atque aliis, ubi videbitur, pro collectione elemosinarum iuxta cedulam indulgenciarum collocandi et unam clavem sibi reservando, alias duas aliis honestis et discretis personis committendi, ita quod in potestate ipsorum vicarii et prioris existant elemosine, ut ad deputatum locum ad sanctissimi domini nostri pape aut nostram iussionem absque impedimento cum cyrographo summam continente per plures honestos signato transmittere possint.

---

1) *In Anbetracht der im Text zur Rede stehenden Termine 1451 X 31 (Z. 4f. mit Anm. 2: Ende des Ablasses von Mechelen) und 1451 XI 1 (Z. 8: Beginn der neuen Ablaßfrist) handelt es sich offensichtlich um ein fiktives Datum; eben deshalb wohl auch keine Ortsangabe. Vgl. hierzu im übrigen oben* Nr. 1743 *Anm. 3.*

2) *Der auf Bitte Hg. Philipps von Burgund 1451 II 1 durch Nikolaus V. für den Besuch im einzelnen genannter Kirchen zu Mechelen gewährte Jubiläumsablaß galt zunächst bis zum 23. August, wurde wegen des großen Zulaufs dann aber noch um zwei Monate bis zum 31. Oktober 1451 verlängert; Remy, Grandes indulgences 42–53; Meuthen, Deutsche Legationsreise 424.*

3) Nr. 1951

4) *Wohl ebenfalls* Nr. 1951 *wie Anm. 3.*

## *⟨1451 November 1.⟩*[1] — Nr. 1951

*Allgemeine Kundgabe der durch NvK auf Bitten vieler Einwohner in Holland gewährten Bedingungen zur Erlangung des Jubelablasses durch die Einwohner ebendort.*

*Kop. (1451 XII 24):* HAARLEM, *Gemeentearchief, Oud-archief Kerkvoogdij Ned. Herv. Gemeente, G 449 (in* Nr. 2114 *von 1451 XII 24); (1452 I 30):* HAARLEM, *ebendort G 450 (in* Nr. 2233 *von 1452 I 30).*

*Druck: Jongkees, Jubileum-aflaat 88–91.*

*Erw.: Jongkees, Staat en kerk 250; Jongkees, Jubileum-aflaat 78–80.*

Noverint universi et singuli, *daß NvK* post plures devotissimas peticiones plurimorum tam ecclesiasticorum quam secularium incolarum terre Hollandie attenta expiracione indulgenciarum in opido Mecheliniensi Cameracensis diocesis alias concessarum, et quod multi ex ipsa terra Hollandie dictum opidum Mecheliniense pro acquirendis indulgenciis visitare nequiverunt, annuit et condescendit, ut sequitur, videlicet:

Quod omnes inhabitatores dicte patrie Hollandie extra loca et parrochias, in quibus ecclesie visitande per venerabilem dominum Gherardum de Randen prepositum Aldenzalensem, reverendi in Christo patris et domini domini Rodolphi episcopi Traiectensis in spiritualibus vicarium generalem, et religiosum virum Wilhelmum priorem monasterii Montis Syon ordinis canonicorum regularium deputabuntur, moram trahentes, qui usque ad festum Purificacionis beatissime virginis Marie inclusive confessi et contriti loca illa deputanda accesserint et ibidem per tres dies ecclesias per dictos vicarium et priorem specificandas devote *usw. wie* Nr. 1005 *Z. 25 bis* ecclesiam eorum parrochialem sive matricem *usw. wie Z. 25–30 bis* causas quartam partem expensarum *usw. wie Z. 30–31 bis* Pauli visitassent, deposuerint ad loca ad hoc per antedictos deputanda, plenariam *usw. wie Z. 32–35 bis* assequantur. Item voluit ipse reverendissimus dominus legatus, quod, quantum quis pro expensarum quarta parte contribuere *usw. wie Z. 37–38 bis* remissum, ac quod pauperes *usw. wie Z. 39–40 bis* minus absque contribucione huiusmodi indulgencias assequantur, dummodo prescriptam penitenciam perfecerint. Item voluit *usw. wie Z. 42–43 bis* accedere loca ad visitandum deputanda, quod illa *usw. wie Z. 43–44 bis* ad illa loca deputanda visitare *usw. wie Z. 44–47 bis* eius confessor poterit cum *usw. wie Z. 47–48 bis* opus pium commutare. Item voluit, quod cives et incole locorum illorum, que visitanda deputabuntur, confessi et contriti teneantur ecclesias eorundem locorum deputandorum vigin-



Aus: »Acta Cusana. Quellen zur Lebensgeschichte des Nikolaus von Kues«, Felix Meiner Verlag, Hamburg 2016.
Copyright: CC BY-NC-ND 3.0. Weitere Informationen: www.actacusana.de/copyright.